



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Epistola XLVII. Flaccus Albinus, Flavio Damoetæ Filio Charissimo salutem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

Quid habeo plus scribere? quia omnia necessaria nosti. iuxta opportunitatem portantis, semper dirige mihi literas, ut sciam de prosperitate tua, & itinere tuo, quando, vel quò venias miserante Domino.

*Prospera cuncta, precor, faciat tibi Christus, HOMERE,
Qui te conseruet semper, ybique. Vale.*

EPISTOLA XLVII.

Flaccus Albinus,

FLAVIO DAMOETAE FILIO CHARISSIMO salutem.

HVAE congaudeo dilectioni, & praefatae fidei congratulor. quia semper ubiq; te fidelem inueni, & beneuolũ erga me agnoui, sicut filium in patrem; nec aliter inueni, nisi ut voluntas tua semper meam subsequuta est voluntatem. Ideo tædium habet animus meus de absentia faciei tuæ: tamen in charitate cordis mei, te semper praesentem habeo, Dominumq; pro tua deprecor prosperitate, ut te mihi in gaudium, tibiq; in salutem longæuis conseruare dignetur temporibus.

Sed valde sollicitus sum de itinere profectiois in hostem. quia plurima solent in talibus euenire pericula rebus. Tamen qui iustitiam habet eundi, & pro Deo decertandi, fiduciam potest habere de auxilio illius, pro cuius amoretantum subire laborem non formidat. Tu verò iter tuum confessione confirmare, eleemosynis roborare, orationibus seruorum DEI vndique munire memento: ut angelus Domini te inter omnia aduersa tueatur, & comitetur; quatenus cum securitate vadas, & cum pace reuertaris.

Ego quasi penè orbatu filiiis remaneo domi. Damocerta Saxoniam, Homerus Italiam, Candidus Britanniam recessit:

N

cessit:

cessit: Martinus in vico apud sanctum Iodocum infirmus remansit. pro cuius sanitate, vt DEI deprecaris clementiam, obnixè flagito. De Mopso, qui apud S. Martinum cur audisti, infirmatus est, nihil audiui certum. nec te ante missos illius vidi. Sed pene tristitia totus absorptus in filia mea, quæ tres dies penè desperata fuit. sed modo donante diuina misericordia per preces seruatorum DEI eleemosynarum largitatem, benè consolati sumus in qua quia benè recuperata est.

Ecce qualibus pater tuus agitatus est fluctibus. Tu charissime, cum tuæ reuerentiæ commilitonibus pro eo intercedere satage; quatenus spiritus consolationis hos animi motus tranquilla pace componere dignetur. DAVID dilectum suum, & vos omnes victores cum gaudio reducat in patriam. Æternæ patriæ ciuem te faciat diuina clementia dilectissime fili.

EPISTOLA XLVIII.

Benedictio sancti Benedicti puero
Mauro

ALBINVS SALVTEM.

IBELLVM, quem me rogante scribere promissum rogo vt tua fiat promissio firma, & mea impletur lætitia. Multis haurientibus fons non siccatur vix: ita nec vestra minuitur sapiëntia, tametsi si noli inde hauriat indigentia. Noli spernere me rogantem, nec promittentem abnuere, sed veritas tua, fiat satietas mea. Dilige diligentem te, & da petenti, vt omnia. Quia mandat parenti placere. Valeas feliciter cum pueris tuis in poculo charitatis orantes pro me fratres saluta.